

nū, commodius in vernaculā nostrā vertitur: ich werde;
qvam: ich will Pharaonis Herz verhärten.

XI. Nec DEus operatur omnia feriantibus creaturis,
nec creaturæ agunt omnia otioso existente DEO.

XII. Si DEus manum suam vel ad momentum rebus
qvibuslibet subtraheret, è vestigio reciderent in nihilum.

Disp. XII.

De

Visione DEI Beatificâ.

I.

Si dictatum justitiæ Divinæ naturæ ipsi impressum est,
Rom. I. 32. seqvitur, per eandem naturam liqido in-
notescere, dari aliam post mortem hominis vitam.
Hebr. I. 3.

II. Non nudæ probabilitatis argumenta, idem confir-
mantia, sunt, innatus omnibus naturæ instinctus, etiam
post hanc vitam aliqvid vel metuentis vel sperantis, & mo-
ratorium gentilium consensus.

III. Nimis profanum est dicere, in V. T. de vitâ æter-
nâ nihil fuisse aut revelatum aut creditum.

IV. Specialem hujus vitæ rationem sola revelatio ex-
ponit, qvamq; ob ejus eminentiam & majestatem non
omnia sint revelata, I. Cor. II. 9.

V. Felicitas futuræ vitæ visione DEI exprimitur, non
oculari, sed intellectuali, interprete Apostolo I. Cor. XIII. 12.

VI. Primus igitur & essentialis beatitudinis conceptus
est notitia DEI perfectissima & eminentissima, amorq; ve
Divini Numinis intensissimus & indefecatus. Joh. XVII. 3.
B. Königius.

VII. Qvæ qvia in hac qvoq; vitâ, qvamq; infel-
riori gradu, inveniuntur, I. Cor. XIII. 9. Col. III. 10. vita
æterna qvoad essentials partes etiam credentibus in hac vi-
tâ adscribitur, I. Joh. V. 11. s. Hülsemannus, Schmidius,
Osiander.

IX. Qvoad perfectionis gradus & bona vitæ illius non-
dum